do omnia ſerioſa ſunt perſoluta loco et tempore debito. et cum talibus
perſonis que ex hoc non ſcandalizantur. et tali intentione vt hac recrea-
tione fortius valeat ad ſerioſa virtutis opera redire. Ex^m horuȝ legitur
de ſancto Johanne euangeliſta. et de ſancto Authonio. quoruȝ hec ſen
tencia eſt q̄d expedit aliquando contemplationem intermittere propter
infirmitatem nature. vt poſtea melius ad ſpiritualia videnda animus
redire valeat. ſicut arcus diſtentus fortius iaculuȝ proijcit q̄z qui ſine in-
termiſſione tentus tenetur. Unde Auguſtinus dicit ſecundo muſice.
Volo tandem vt tibi parcas. nam ſapientem decet interdum remitte-
re mentis aciem rebus agendis intentam

xviii. Et ſicut ſupra dictum eſt de ieiunio. ſic et hic de hoc ſolatio
virtuoſo dici poteſt. q̄d dyabolꝰ nititur hominē ducere ad duo extrema
ſcȝ vt ſic feruēter bonis operibꝰ inſiſtat. quatenus totalit̄ inutilis fiat vł
q̄d ſine intermiſſione ludis et ſolatijs vacet. et alia bona opera negligat.
Sed medium eſt tenendum. et hec regula optima eſt et vbiqȝ applicā-
da quia virtus in medio conſiſtit. Juxta illud Ne quid nimis. ne quid
minus. medium tenuere beati. et teſte beato. Bernardo. Diſcretio eſt
auriga virtutum. ſine qua virtutes ſunt vicia xix

Sollicitudo ſecunda bone voluntatis ad hoc tendere debet. vt etiam
interiorem hominem reformare ſtudeat. vt ſcilicet velit que deus
vult eum velle. ſciat que vult eum deus ſcire. et recogitet ſiue memore
tur que vult eum deus cogitare. Et hic eſt maior labor. neqȝ vnius diei
ſed qui nunq̄ incipit nunq̄ ad effectum perueniet. Igitur inuocato di
uino auxilio totaliter nos propter imminentem talem neceſſitatem ad
hoc opus precingamus. Magni namqȝ meriti eſt huic negatio inſuda-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 77

re. q̃uis non pro voto, idipſum acquiratur quod intenditur. Sciendū
eſt igitur ꝙ internus noſter homo triplici morbo eſt infectus. id eſt tria
ſemꝑ concupiſcit. que ſemꝑ deberet ſpernere. Et hic oritur omnis illa
difficultas proficiendis in v̄tutibus. quam boni viri ſentiunt etiaz vſqꝫ
ad mortem. quidam magis, quidam vero minus. Hoc eſt quod dicit be
atus Paulus. Video aliam legem in membris meis repugnantez legi
mentis mee. xx Ecce bellum mirabile in homine.
vnum ꝯtra vnum. lex dei contra legem dyaboli. Lex dei dicit. Contem
ne omne quod eſt in mundo. et adhere preceptis domini creatoris tui.
Contra. lex dyaboli dicit. Nihil ſit tibi cure de inuiſibilibꝰ. ſed ſtude de
licias corporis tui habere. et honorem huius mundi et diuicias ad oēm
copiam. Item lex dei dicit. Caue ne audias eam. ſed michi obtempera
quia omne quod eſt in mundo vanū eſt. nec mundus te iuuare poterit
nec ſeipſum. Contra. lex dyaboli dicit. Ne permittas te decipi. q: omnia
grauia ſunt. Ego autē habeo tria que ſunt tibi valde vtilia ⁊ delectabi-
lia. ſcꝫ omnia cōcupiſcibilia carnis tue. ⁊ oculoꝝ tuoꝝ. et pompam huiꝰ
ſeculi. exerce te in iſtis et felix eris. xxi Ex hac triplici
radice oritur omne malum. ⁊ ideo p̄mus labor debꝫ hic inchoari. vt hec
triplex cōcupiſcencia. carnis videlicet oculoꝝ. et vanitatis q̄d eſt ſuꝑbia
vite. non q̄dem radicitus extirpetur. q̄d eſt impoſſibile. ſed ꝯculcetur. ne
herbam peccati germinet. ſicut videmus ꝙ via que frequenter pedibꝰ
teritur non ꝓducit gramina q̃uis radicem intus habeat. ſed ſi nō calca
tur tunc ſtatim vireſcit. Sic anima que ſemꝑ exercetur in via mandato
rum dei non ꝓducit mala oꝑa. q̃uis inclinationē malam intus adhuc
habeat. ſed ſi tepeſcit ab operibꝰ bonis tunc ꝯcupiſcencia mala que in-
tus dormiuit euigilat. et in opus prauum foras erumpit xxii.
Igit̄ ſtudioſe p̄cauendū eſt ſi hō ad internam pacē cupit peruenire. q̄d
elonget ſe ab omnibꝰ occaſionibꝰ que has ꝯcupiſcentias ſolent ꝓuoca-
re. ſicut boni religioſi faciūt. q̇ ꝑ caſtitatē ⁊ ieiunia ⁊ diſciplinas ⁊ vigili-
as ac labores q̄tidianos mortificāt ꝯcupiſcētias carnis ſue. ⁊ maxīe fugi
endo ociū ⁊ familiaritates. colloq̇a mulieꝝ. ⁊ ꝑ pauꝑtatē volūtariā mor
tificāt ꝯcupiſcētias oc'loꝝ. ꝑ obediētiā ⁊ ſbiectionē mortificāt appetituꝫ
ſuꝑbe inclinatōis hꝰ ſcl'i. cui ꝓxima ē occaſio oīm pccōꝝ. q̄ dicit libtas ſe
cularꝫ. q̄ nullo iugo diſcipline vult ſubdi ꝯtra inſidias vicioꝝ ꝙ ꝑiculoſi-
ſſimū ē ſicut apte apparet de milite inſano ⁊ fatuo. q̇ cū aliū ꝑcutere nō
p̄t inſuꝑ nec ſibiipſi ꝓuidere vult. vt armis ſe muniat ꝯ hoſtiū tela. Hu
ic nihil r̄ſtat niſi mors acba ⁊ finis ſu̅ hōre. ſic oīs hō (q̇ in via dī vult ābu
lare ſc̄m ꝓpriā volūtatē. ⁊ nō p̄cauet ſibi ab occaſiōibꝰ pccōꝝ ꝑiclitabit̄.
Et dat̄ exm̄ de dauid q̇ idcirco i adulteriū cecidit eo ꝙ oc'los nō cuſtodi-
uit. ⁊ i numeratōe ppl'i ſil'r ꝑuit̄ deliq̇t. q: iformari noluit. Si in his tan
tꝰ ꝓpheta ceciderit. q̄d nob̄ faciēdū ē. niſi vt tota diligētia cuſtodiaꝰ cor-
da ⁊ corpora nr̄a. Sil'ia multa de aliis legūt̄. Pax igit̄ cordis tūc acq̇rit̄
qñ mēs grā fortificata vicioſaꝫ iclinationē ꝯpeſcit. ne malū (ꝙ cupit) ꝑfi-
cere poſſit. Nō aūt p̄t hō ex ꝓprijs viribꝰ ⁊ de cōi grā internū bellū pe-
nitꝰ ſedare. vt nūq̄ malas inclinatōes aut immiſſiōes ſentiat. ſꝫ poteſt in
tātū ꝓficere. ꝙ hmōi leuiſſime vincat. Et dat̄ exm̄ de p̄ncipe aliq̇ medio
cri. q̇ et ſi nō poteſt hoſtes ſuos expellere de patria ſua. poteſt tamen eos

ſigare captiuare aut humiliare intantū ꝙ nunqꝫ ſine ſuo conſenſu aliqͦd
dn̄m aut tyrannidē in ea exerceāt Hinc dicit beat⁹ Paul⁹.ꝙ nō debeat
peccātū regnare in mortali corpore nr̄o.q̄ſi dicat.etſi nō poteſtis facere vt
non ſit.tn̄ facere poteſtis vt non regnet xxiii. Ecce duplex
remediū ↄtra peccatū vnū.Primū ē vt ſe elonget hō bone volūtatis ab
occaſionib⁹ peccōꝝ.Aliud remediū eſt.vt hō bone volūtatis continue ac
feruide bonis ac virtuoſis operibus inſiſtat. xxiiii

Sollicitudo ēcia bone volūtatis debꝫ eſſe vt ex p̄dictis duob⁹.ſcꝫ ex
debita ↄpoſicione exterioꝝ moꝝ ⁊ interno exercitio ſpiritualis de-
uotionis aliq̄ꝫ ſibi regulā viuēdi eliciat. iux̄ ſui ſtat⁹ ⁊ nature ↄgruentiā
q̄ꝫ regulā vniformiter obſeruet.⁊ in ea vſqꝫ in finē laudabiliter pſeruet.
Hoc namqꝫ eſt oīm ſcōꝝ patrū ↄſilium Cuius etiā exᵐ in omnib⁹(que
ſub celo ſunt)videm⁹.Oia namqꝫ habent naturā et modū ⁊ ↄſuetudi-
nē et ordinē. ſicut patet in ſole luna ſtellis plantis beſtijs ⁊ in alijs(que
ſm naturā ſunt)vniuerſis q̄ꝫ pulchre q̄ꝫ ordinate q̄ꝫ pſeuerāter ⁊ vnifor-
mit.cūcta pcedūt et redeūt.currūt ⁊ recurrūt.creſcūt et decreſcunt.In
ſolis aūt humanis morib⁹ irregularitas cernit̄. et qꝛ etiā nec ex natura
nec ex induſtria hꝫ homo vt ſuos actus regulare meritorie poſſit.ſed ex
grā dei Ideo confidere ſibi nullaten⁹ debet . neqꝫ ſibi aſſcribere ſi aliqͦd
boni fecerit.debet tamē facere quod in ſe eſt . vt tota natura ⁊ induſtria
grē coopetur.ne vacua in ſe maneat.Igit̄ natura p grām nobilitata in
itium eſt bone vite Hanc ↄmuniter dicūt ſancti patres bonā volunta-
tem.Volūtas namqꝫ dicit̄ totus homo ppter imperium qͦd habet ſu-
pra ceteras vires.et ideo in ea ponit̄ totum pondus meriti ⁊ demeriti
Si em̄ homo conſentit bono meretur.ſi malo demeret̄.Si bono coope
tur amplius meretur.ſi malo amplius demeret̄ Ex quibus patet ꝙ ho-
mo bone voluntatis poteſt iugiter mereri q̄ꝫ diu eſt in ſtatu vite Ratio
eſt.qnia poteſt aut actualiter bono conſentire aut in bona occupatione
ſe tenere. Hoc autem fit quando regulariter viuendo omnia o
pera ſua ordinat ad gloriam dei.ſic aut aliter dicendo Iam volo dormi
re vel comedere vel hoc vel aliud facere tali intentione . ſicut hoc meri-
to verus criſtianus facere debet.Et cupio in omnibus placere deo . Ex
emplum datur de bonis religioſis.de quibus firma ſententia eſt.quot ſi
ne intermiſſione merentur.quia ſemper ſunt in obedientia aliqua. quā
uis non laborent vel orent continue.quia nec hoc regula precipit ſed qꝛ
ſe conformant intencioni regule. Igitur ſiue regula precipiat ſiue
conſulat aut ad laborandum.aut ad quieſcendum ſemper ſunt in obe-
dientia.Quare tam in laborando quam in quieſcendo(dummodo ſm
inſtitutionem regule faciant)ſemper merentur. quia vtrumqꝫ ad vir-
tutem pertinet.ſecundum ꝙ hoc ſpiritusſanctus fieri inſpirauerit.Iux
ta hanc formam quilibet eccleſiaſticus vir ſiue paſtor fuerit perrochia-
lis eccleſie ſiue canonicus ſiue vicarius eccleſie collegiate. aut alter qua
liſcūqꝫ abſtracte vite de patrimonio viuens poteſt ſibi ſtatuere legē ſanc
toꝝ regulis ↄformem ⁊ ſm illā vniformiter viuere.ſicut viuūt religioſi
ſm reglas ſuas iuxta ↄſiliū diſcreti viri in ſpiritualib⁹ experti. Hoc mō

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 77

cuncte religiones inchoate fuerunt. Unde dicit Beatus bernardus
Qui vult bñ viuere ſtudiat vnum diē bñ inſtituere. Deinde adiungat
ſcdm. deiñ terciū. et ſic de ſingulis. donec paulatim ad bonam ꝯſuetudi
nem veniat. Bona aūt ꝯſuetudo fortitudinē ſubminiſtrabit. qua acqui
ſita efficit homo naturaliter ỽtuoſus. qꝛ ꝯſuetudo eſt altera natura.
Ita qđ pmo fuit intolerabile ꝑ ꝯtinuationem efficietur ſuaue et quaſi
naturale. dūmodo a ceptis non deſiſtat. Qui aūt varijs exercitijs natu-
ram ſuam diſtemperat nūc illud nunc aliud guſtando. nūq̄ erit homo
ſolide ſanctitatis. ſed vagus ⁊ ꝓfugus ſuꝑ terrā ſibi et alijs oneroſus. et
vtilis nulli. Vñ dicit. Helinādꝰ ꝙ bñ viuere eſt vniformit viuere. xxv

Sollicitudo quarta bone volūtatis eſſe debet. vt poſtq̄ eſt diligenter
informatꝰ quid ſibi expediat et quid non. ſtatim illud (quod ſue na
ture et ſuo ſtatui ꝯueniēs eſt) ad practicā ponat ſicut ſapiēs dicit. Qđ-
cūqꝫ p̄t manꝰ tua inſtanter operare. multi nāqꝫ decepti ſunt hac tēpta-
tione dicētes. Quid habes feſtinare. ſufficit tibi viuere ſicut ceteri vi-
uunt. ꝓpicius eſto tibi. Cōtra hanc tepeditatē oportet fortiter dimicare
vnūquēqꝫ qui in via dei vult ꝓficere. Qui aūt tepidus eſt ad caritatis
augmentū nō ꝑueniet. ſed ſi quid habet hocipſum perdet. Unde dicitur
talibus per increpationē illud. Naſonis. Militie ſpēs amor eſt. diſcedi-
te ſegnes. Ut aūt aliqđ exēplaris bone vite nouelli canonici habeāt. Dic
tariū quoddā breue hic annotamus. qđ nihilominꝰ in alijs deuotꝫ libris
et autenticis regulis plenius reꝑitur Proteſtamur q̄ꝫ nullū p̄iudicium
per hoc velle nos afferre. aliis diuerſis viuendi modis ꝑfectioribꝰ quaſi
ſecurū eēt altioris vite inſtitutis q̄ꝫ regula ad hec minima deſcēdere. ſed
his q̇ ad huc inſtituēdi ſunt. iſta q̄uis exigua obeſſe nō putamꝰ xxvi

In pmis igit̄ ſm ꝯſilium beati Auguſtini diligat dñs ſuꝑ omnia. ⁊ ꝓ
ximus infra deū. et ad deum et ꝓpter deum. Et ex iſta dilectione et
propter ꝯſeruandā ⁊ augmentandā hanc dilectionē omnia alia exerci-
cia fiant tam ſpiritualia q̄ꝫ corporalia. Deinde inuocato diuino auxilio
dicat hec aut ſimilia verba in oratione. Domine qui me ex nihilo creaſ-
ti et vſqꝫ in hanc horam perduxiſti. tibi gratias ago rogans vt omnia p̄
terita peccata mea deleas. et deinceps a peccatis me preſerues. vt reli-
quum tempus vite mee tibi poſſim plene dedicare.

xxvij. Et quia teſte Auguſtino Inicium bonorum eſt confeſſio
malorum. ideo quilibet cupiens placere deo. ſtudiat diligenter ad mi-
nus ſemel preteritam vitam diſcutere. et omnia integre confiteri. de q̇-
bus eum conſciencia remordet. quatenus ſecuritate adepta animequi-
or exiſtat: Quod ſi ex toto vna vice non poſſit ſe plene recolligere. tunc
paulatim poteſt hoc ſupplere per tempus ſubſequens donec ſerenitas
oriatur in corde

xxviii Spe igitur concepta poteſt hanc profeſſionem facere in ora-
cione ſua. Miſericordiſſime domine ſuſcipe me ad gratiam tuam et a
malis vniuerſis me preſerua. vt bonum propoſitum) quod dediſti m̄)
vſqꝫ in finem meritorie valeam perducere. Propono namqꝫ hanc viuē
di formam obſeruare. quantum infirmitas mea mihi permittit. quate-
nus iuxta ꝯſilium ſanctorum patrum inſtatu gratie tue inueniar. ſiue
dormiam ſiue vigilem. ſiue comedā ſiue bibam. ſiue laborē ſiue q̇eſcam

ſiue aliud quodcunqꝫ opus faciam Ita tamē ꝙ ſi hunc viuēdi moduꝫ
in pᵽte vel in toto dimittam.non volo alicuiꝰ criminis eſſe reus apud te
ſed libere facere et libere dimittere.ꝓut placet. Si aūt vult ſe voto obli
gare tūc poteſt ſic dicere.ꝓmitto tibi dn̄e ꝙ ſic et ſic volo tibi ſeruire per
hūc annū vel duos vel tres aut omnibꝰ diebus vite mee donec aliđ me
lius inſpiceres ⁊c̄.ſed hoc ego non conſulo ꝙ hmōi votum leuiter emit
tat.niſi cum magna deliberatione ⁊ preuia experiencia. qꝛ ꝗuis ſit max
ime meritoriū. tamē in libertate iſta qua cōiter eccleſiaſtici nūc viuūt ex
ceptis religioſis. Vix eſt poſſibile ꝙ cōtinue vnus modus viuēdi a quo
ꝗ poſſit ſeruari.ſicut apud religioſos fieri ſolet. Ueruꝫ faciat vnuſquiſ
qꝫ iuxta grām ſibi deſuꝑ datam. Quia ꝗ parce ſeminat parce et metet.
Conuertant ſe etiam toto corde ad beatā v̾ginem mariam. et ad ꝓpriū
angelum ⁊ ad alios ſanctos . ad quos eum deuocio magis inclinat pro
implorādo auxilio ꝯtra ſpirituales nequicias . quia qn̄ antiquus hoſtis
noſter percipit ꝙ aliqͥs vult ſibi a peccatis cauere ⁊ ad deum ſe ꝯuertere.
tunc fraudes multiplicat.ſꝫ ꝗ in dn̄o ſperat cuncta ſuperet. xxix
Sollicitudo quinta quā habere debet homo bone voluntatis iuxta
propoſitum nr̄m.hoc eſt vt ſm̄ apoſtolicam doctrinam per ſingu-
los dies exhibeat corpus ſuum hoſtiam viuentem bene placētem. rati
onabile obſequiuꝫ ſuum vt ſicut ſeruiuit prius peccatis in inmundiciā
ſic iam ſtudeat ſeruire iuſticie in ſanctificationē Ad dei ergo gloriam ta
liter ſe poteſt inſtituere . ꝙ ſic dormitum eat de ſero vt euigilare aſſueſ-
cat de mane hora tercia.et ſurgens aliquid boni meditetur. videlicet de
futuro iudicio.quo modo tunc omnes euigilaturi ſumus.Deinde veſti
endo ſe poteſt aliquid boni legere. puta pſalmum . Quid multiplicati
ſunt ⁊c̄.aut aliqđ aliud quod placet Et ſi aliqua illuſione ſe meminit pol
lutum. percutiat pectus ſuum cum propoſito confitendi . aſpergendo
ſe cum aqua benedicta. et ſic ad oratorium vadat.et debitum ſuum ſol
uat.ſicut melius poteſt. xxx Solent cōiter deuoti eccleſiaſtici
premittere horas beate marie virginis horis canonicis.ſingula ſingulis
reddendo.ꝑſoluas ergo matutinas de beata virgine.ſi aliqđ tempus ha
bes et ante pulſum matutinaꝝ de tempore poteſt ſe ſpiritualiter occu-
pare in bonis meditatiōbꝰ.ſ.de paſſiōe dn̄i.q̄lez noctē agnꝰ ille māſuetꝰ
ꝓ nob ꝑtulit ⁊c̄. xxxi Cū aūt ad choꝝ pulſat̄ ſtatiꝫ exeat venerabilit̄
cū omi grauitate ⁊ alacritate.ne cū vltimis veniat. xxxii Intrādo ec-
cleſiā ſe humiliet ꝗtū poteſt.dicēs cū publicano. Dn̄e ꝓpiciꝰ eſt michi
peccatori. nō em̄ ſum dignꝰ accedere te.⁊ ſic accedat reuerent̄ inclinādo
ſe ad altare.⁊ crucifixū.⁊ maxie ad venerabile ſac̄mētū.tādē ad ſtallū ſu
uꝫ veniēs cogitet q̄re venerit.⁊ ꝯſideret ꝙ ad nihil aliđ ꝗ in ꝯſpctū ſcōꝝ
angeloꝝ pſallat dn̄o dō ſuo. Et ꝗ fabulatiōes oīno vitet ⁊ ſig̃ ludicra.to
tꝰ qꝫ ſit intētꝰ his q̄ tūc cātant̄ aut legūt̄.Et meōꝛ cē debꝫ ꝙ nō ſolū debi
toꝛ ē ad v̾ba diſticte ꝓnūcianda vl̄ audiēda.ſꝫ etiā tenet̄ facere debitam
diligētiā ad intelligēdū ⁊ aduertēdū ea q̄ legūt̄ ⁊ cātāt̄ in diuinis officijs.
xxxiii Inſuꝑ ⁊ p̄cauere dꝫ ne diſtrahat̄. ita ꝙ totū ꝓpoſitū ſuo ſit vel
le totalit̄ ſe occupare in diuinis. et ſi tūc a diſtrctio interuenerit excuſat̄
et ꝗcito deprehendit ſe alienatum.ſtatim recurrat tociens quotiens Fi
nitis matutinis gratias agat deo aſſcri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 77

bendo ipſi ſi quid benefecerit. et de negligentijs ſuis veniam petat et ſi
tempꝰ patit̄. poteſt ad dominū redire ꝓ neceſſitatibꝰ ſuis. ſꝑ illud obſ-
uādo vt ſilenciū ſeruet donec miſſam celebrauerit vel audierit. niſi for-
te loquendo pauca v̉ba pro neceſſitate occurrēte aut vtilitate. xxxiiij
Et deiñ legat primā de beata maria p̄parādo ſe ad primā diei in eccleſia
pſoluēdam. ſicut ſupra de matutinis. Si v̉o tūc capitulū tenetur. dili-
genter ſe obſeruet ne in v̉bis excedat. ſemꝑ inuocādo ſpiritū ſanctū qui
a al's citius ibi peccatur ꝙ aliqͦd bonū agatur. Si tamē aperte cōtra de
um ⁊ iuſticiā et fraternā caritatem ibi dicit̄. tūc benigne ꝓ ſuo intereſſe
dicat ſibi talia nō placere. dando rationē ſuauiter. ne alij ſcādalizētur
xxxv Et eſt notādū ꝙ dyabolꝰ maxime nitit̄ in capitulis furo
rē ſuſcitare. vt miſſas ſubſequētes impedire poſſit. Quare ꝯgruū videt̄
ꝙ negotia cōtentioſa alio tp̄e tractētur. ne deuocio celebrātium impedi
atur Poſt capl'm ſi poteſt habere ꝯfeſſorem libēter ꝯfiteatur xxxvi
Deinde ad miſſam ſe p̄paret ſiue celebrādam ſiue audiēdam ꝓut ſecuȝ
diſpoſitum fuerit. ⁊ ſi celebraturꝰ eſt aut cōicaturꝰ tūc in quātuȝ poteſt
obliuiſcatur oim preteritoꝝ. ⁊ ad deuotioneȝ ſe ſummo ſtudio applicet
vt dignū eſt quatenus tanti ſacramēti fructus deo ſibi ꝓpicio efficacit̄
ꝑcipere mereatur. Sūt pretera diuerſoꝝ patꝝ ſcripta de venerabili ſac-
mento et miſſe celebratione. ⁊ quodcūqȝ ſibi magis cōuenit hoc eligat.
xxxvij Ad terciam ſextā et nonaȝ deinde ſimilit̄ ſe preparet ſicut
iam dcm̄ eſt de p̄ma. Nec opus eſt hic plura documenta apponere pro
viris barbatis. q̄ et qualia pueris in ſcholis preponūtur. ne dominis ve-
nerabilibꝰ iniuriam facere videamur Sufficit meminiſſe illius Am-
broſiani. Hoc eſt pulchritudinem viuendi tenere ꝯuenientiam cuiuſ-
qȝ ſexus perſone reddere Hic ordo geſtorum optimus. Hic ornatus ad
oēm actionem accommodus. et illius Auguſtini In omnibus moti-
bus noſtris nil fiat qͦd cuiuſꝗ offendat aſpectum. ſȝ ꝙ noſtram doceat
ſanctitatē xxxviii Demum finitis diuinis qñ prandēdi tē-
pus aduenit cum omni ſobrietate et gratitudine cibum ſumat. ſemper
benedicite premittendo flexis genibus aut reuerēter ſtādo. elemoſinam
aliquā corporalē (ſi facultas affuerit) faciat. ſimilit̄ ⁊ ſpūalem ſcȝ De ꝓ
fundis. cū collecta Fideliū deus ⁊c. ꝓ animabꝰ in purgatorio detentis
Similiter pro afflictis et tribulatis aliqͦd poteſt breuiter mente tracta-
re ꝓut dominus dederit ſibi xxxix Modum in ꝯmedēdo
teneat. quem beatus Bernardus deſcribit. vt ſcȝ tractium cibum ⁊ po
tum ſumat. ſingulos morſellos bene maſticando. quia tunc dulcius ſa-
pit. nutrit melius. et digeritur ſalubrius. Omnino memor ſit ſanctorū
angeloꝝ preſentiam adeſſe. in quoꝝ conſpectu ſe reuerēter habere debȝ
xl Faciat etiā ſibi aliqͦd legi de diuina ſcriptura. vt ſole fauce cor
poralem cibum ſumāt. et mens ſuo ferculo nō fraudetur. Si v̉o lectorē
nō hȝ. tūc ponat librum añ ſe. ⁊ ꝗtum poteſt legat ꝓ habenda memoria
ſpiritualiū xli Cōuiuia ⁊ hoſpitex. ⁊ nūdinas. ⁊ dedicationes. et cō
curſus hoim ſtudeat euitare. quia teſte beato Jeronimo ſunt quaſi q̄-
dā chatene voluptatis. ⁊ qui talia diligit criſto diſplicet. Si autē hoſpi-
tes paupes aut religioſos habuerit. aut viros boni teſtimonij. qui eum

a bono ꝓpoſito nō retrahāt. laudabile eſt xlii Ter in qualibet ſepti
mana eccleſie ieiunijs exceptis a carnibꝰ poteſt abſtinere. Sextis ferijs
a lacticinijs et ouis abſtineat. niſi infirmitatis aut alia cauſa rationabił
obſiſtat xliii. Facto prandio gratias dicat xliiii Simul dołe
do ſi in mō aut menſura exceſſit. qꝛ ſm̄ ſentenciam beati Auguſtini.
Raro poteſt debita menſura ſeruari. Nit em̄. certo quotidie aduerſus
manducandi ꝯcupiſcētiam ⁊ bibēdi. ⁊ q̇s eſt q̇ nō rapit aliquātulū extra
metas neceſſitatis xlv. Deīn poteſt pro recreatiōe quaſi ſpaciādo trāſ
ire ſine magno motu. qꝛ talis ambulatio eſt ſana. Eccleſiaſtici em̄ viri q̇
volūt ſollicite ſuum officium exercere. nō habēt tempꝰ pro groſſis ope-
ribꝰ faciendis ⁊ ergo debēt ſe diligentius regere in dietis quotidianis. ne
in diuino officio inabiles fiāt. Pꝰ hec ſi nature mee ꝯuenit poteſt paruꝫ
q̇eſcere, ⁊ maxie in eſtate ne caput g̈uetur xlvi Reliquū tēpus vſqꝫ
ad veſpas poteſt libere expēdere ſicut placꝫ. videlꝫ ſcribēdo legēdo. car-
pentando. aut in ortulo aliqua plantādo. ſiue cū familia colloquendo de
cura rei familiaris et neceſſarijs domꝰ. ſemꝑ illud obſeruādo ne cor ni-
mium elonget a deo. qꝛ alias difficulť redibit in priſtinā deuotionēꝫ. Si
aūt ſentit ſe grauatū· tūc poteſt honeſta colloquia ⁊ ſolatia admittere. ſi
cut ſupra dictum eſt. Cum autem veſpertinum tempus aduenerit. tūc
preparet ſe ſicut dictum eſt de aliis horis Similiter de completorijs. ſuo
modo iuxta ritum et morem eccleſie ſue. ⁊c. xlvii Deniqꝫ
ſi cenandū eſt procedat ſicut dictū eſt de prandio xlviii Si vo ie-
iuniū extiterit. tunc ſcđm conſuetudinem poteſt aliquis parum guſta-
re. ſiue de ſpeciebus ſiue de torta cum potu competenti xlix Sē
per tamē obſeruandū eſt ꝙ cena frugalis eſt et ſobria. alioquin multa
incōueniencia ſentiet. Mirum eſt dicere quomodo nonnulli de elemo-
ſinis pauperum vētrem replent vltra q̄ꝫ digerere poſſunt. Qꝫ ſi gratis
huiuſmodi delicie darenť forte ſimplex malum eſſet. ſ. corporis debilita
tio. Nunc aūt anime grauamen accreſcit. pro eo ꝙ vix aliquis poteſt ſa
tiſfacere de elemoſinis. etiā ſi tm̄ extremum victum et veſtituꝫ de illa
ſuſciperet. Quid ergo de iactura hoc tam grādi tot epularum ⁊ delicia-
rum. De hoc aūt ſunt horrēde ſentencie beati Jheronimi et Bernardi
Uerum q̇libet onus ſuū portabit. l. Completo deniqꝫ die quo-
rūdam mos eſt ꝙ nihil poſt cenam loquātur. ſed ad oratoriū feſtinant
ꝓ operibꝰ ſpūalibus exercēdis ⁊ hoc videť ſatis opꝰ ꝑfectum. nec illa ꝑ-
fectio omnibus data eſt. qui poteſt facere faciat. li. Si autem ho
neſte recreari voluerit cū familia ſua. hoc nō eſt incōueniens. lii.
Quo facto anteq̄ꝫ lectū petat. diligēter ſe recolligat q̄uo diem illū expē-
derit. de negligentijs veniā petendo. ⁊ ſi aliq̄ notabilia peccata (licet ve-
nialia) inueniat ſe cōmiſiſſe diligenter aſcribat ad diticā ne obliuiſcatur
vt in craſtinū ea ꝯfiteatur. De bene aūt geſtis grās agat dn̄o deo. ſimul
humiliter rogās eū vt futurā noctē ſibi ſalubrem. ⁊ in puritate ⁊ caſtita
te. ac ſine om̄i demonum infeſtatiōe tranſire ꝯcedat. q̇tenus iterū ma-
ne ſurgēs denuo ip̄m cū omnibꝰ ſanctis laudare mereať liii Jacēs
etiam in lecto aliquid boni ſtudeat cogitare. donec ſimul cum ſancta co
gitatione obdormiat. liiij

Ollicitudo ſexta timorati viri iuxta formulam illaꝫ eē debet pro ꝑ
ſeuerācia in bono qđ incipit. ſm illud ſaluatoꝝ Qui pſeuerauerit
vſqꝫ in finem hic ſalu⁹ erit. Vn̄ đt btūs Gregorius Jncaſſuꝫ bonū agi
tur ſi an̄ vite terminū deſeratur Quia fuſtra velociter currit. q̇ priuſq̄
ad metam venerit deficit. Varijs namqꝫ modis nititur antiquus hoſtꝫ
quem ſanctū virū in ſue ſanctitatis propoſito fallacit̄ impedire. ne ſciliꝫ
aliqđ bonum inchoet. et multo ampli⁹ inchoata opera bona ꝯſument
ſciens ꝙ ſola pſeuerantia coronā meret̄ lv Hic apđ religioſos. q̄ in ſcho
la v̓tutū q̄tidie v̓ſant̄) penalit̄ inhibēt oēs ꝓſus occaſiōes rediuādi. ſ.
ꝙ nō dn̄t cū pſonis ſclarib⁹ mltū ꝯuerſari. etiā ſb ꝑtextu pietatis ꝙ non
dn̄t egredi ſine notabili cā fores monaſterij Jnſup ⁊ volūtarie magnas
ſibi imponūt ſi h̄ q̄ dicta ſīt ⁊ alia trāſgrediātur ab eis. ꝓfeſſionē etiā ſolē
nē faciūt in ꝯſpctu eccl'ie pro quadā cōfirmatōe oim̄ q̄ in regl'a tradunt̄
ꝗten⁹ vniuerſi ſciāt eos debitores q̄ in ipa regl'a ſcripta ſīt Ecce venerbil'
dn̄e q̄ꝫ ſuſpecti ſūt habēdi q̇ ꝯtrariū facere imo ⁊ alios docere volūt. ſcꝫ ꝙ
obſuātie regulares ſint min⁹ pfctē. ꝓptea q̄ꝛ neccārie cogūt ad bonum
nō em̄ tales vidēt q̄ꝫ ꝓna ſit hūana īfirmitas ad malū etiā p⁹ votū. Sci
nāqꝫ pr̄es mltiplici expiētia edocti. hmōi regl'as ⁊ ſtatuta pēalia ex īſtictu
ſpūs ſci edidert̄. ne filij eoꝝ deīceps occaſiōeꝫ inuenierēt. aliq̄ mōredeūdi
ad vomitū. Vn̄ đt be. Jero. Principiū alicui⁹ opis (ſi nō ſit bona ⁊ ma
tura ꝓuiſo) ſolꝫ ſubſeq̄ qđ ꝯā carnale. etiā di tēpla ſpūſſcti vaſa. niſi dili
genti ſeruarentur cuſtodia. ꝓſtibula fiunt lvi Hec q̄ꝛ ita ſunt ſum
mope timendum ⁊ cauendum eſt a ſepedictis canonicis aut vicarijs ne
ab initio ſuadente diabolo propt̄ vite libertatē decipiantur. Tanto em̄
plures occaſiones habet dyabolus eos temptādo quāto ſunt magis in
differentes ad omnia opa. etiā ſi tanto periculo dimicāt cum eo boni re
ligioſi. q̇ ſumma cuſtodia ⁊ prouidēcia ſe premuniūt. q̄ đ ꝗ putamus la
boris habebūt illi qui pene ſoli ſunt cū eo ꝯflicturi Verumtn̄ nō iſta dici
mus quaſi ſoli religioſi ſecuri ſint et nō alij. cum ſcriptū ſit. Fidelis de⁹
qui nō permittit ſuos temptari vltra q̄ꝫ ſufferre poſſunt. Sꝫ ad auiſan
dum de magnitudine periculi q̄ꝛ reuera vt cetera taceamus. plurimos
vidimus deiectos aſtucia ſerpentis. quos bonum nimium ſpectabiles
reddebat Nec mirum. qui em̄ (vt plerumqꝫ accidit) de via peccatoꝝ cō
uertitur ad ſtatum penitencie. nec in ſchola virtutum exercetur. nec
magiſtros ydoneos habeat. aut ſi habet nō omnino perfecte eos audit
et quotidie tot ſcandala et exempla mala ante oculos cernit tot que
circūuolantes ſpiritales nequicias patitur Quid in q̄ꝫ mirū ſi talis faci
liter relabitur in id qđ debuit Multa igit̄ ſollicitudine op⁹ eſt pro pſeue
rantie dono. Quicūqꝫ igit̄ preſcriptā formulaꝫ aut aliā tenere voluerit
non putet id ſe ſuis virib⁹ poſſe. quantūcūqꝫ etiam facilis appareat. ſed
ad dominum iugiter clamat. vt det bonum initium. melius medium
et optimum finem. et ſi gracia arriſerit ſemper ſit pauidus ne caꝫ amit
tat lvii Quia teſte Augnſtino: Magnū eſt donuꝫ qn̄ delectat
bonū. Alioquin niſi diuina miſicordia iugū alleuiauerit importabile
eſſet. Vn̄ Origines. Anteq̄ꝫ ſermo dei audiatur nō eſt temptatio vl' tri
bulatio. ſed vbi ſignum belli predicationis tuba oſtendit tribulatio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 77

nū pugna inſurgit. Hoc autē quare ſit. dicit beatus Auguſtinus. Quia
cum anima incipit ꝯfugere ad iheſum. ſtatim ꝯtra eam iraſci ⁊ ſeuire
incipit inimicus. Ut vbi anima que vicijs ſeruiebat ad culmina virtu-
tum ſe ꝯtulerit. perſecutionē patitur vitiorum. Hinc ſcriptum eſt. Fili
accedens ad ſeruitutem dei ſta in iuſticia et timore. et prepara animam
tuā ad temptationē. Verūtamen iſte timor et labor non ſine gaudio eſt
Sicut beatus Jacobꝰ dicit lviij Omne gaudiū exiſtimate fra
tres cum in varias temptationes incideritis Hic Jeronimꝰ ait. Nullu
puto in hac vita ſine temptatione viuere. cui forte n vna tollitur. mox a
liam ſecurius expectet. Hoc aūt debet eſſe cōſolatorium vniuerſis. qui
temptationibus exercentur. qđ dicit beatus Gregorius. Hoſtis noſter
quatomagis nos ſibi rebellare ꝯſpicit. tanto amplius expugnare conte
dit. Eos enim pulſare negligit. quos q̇eto iure ſe poſſidere ſentit. Et il-
lud Auguſtini. Nō eſt maior temptatio q̄ꝫ nulla temptatione pulſari.
Hinc dicit ſanctus Thomas notabile verbum Multi grauiter ciderūt
in aduerſis. ſed multo plures et multo grauius ceciderunt in proſperis
eo ꝙ temptatio quādoqꝫ ſentitur in aduerſitate. ſed raro in proſperitate
Verbi gratia Cum aliquis increpatur affligitur in corpore. moleſtatur
in rebus vel amicis. ſentitur temptacio ſiue motus impatientie. indig-
nationis vel odij. Cum vero diligitur. laudatur. honoratur. tunc ſentit̄
extollentia ⁊ inordinata mentis delectatio. nec attēdit miſer homo q̄ꝫ-
tum ſibi placeat indebite qui alijs placere ſe credit. Et q̄ꝫto minus et ra
rius ſentitur temptatio. tanto minꝰ et rariꝰ. etiam tanto difficilius tēp-
tacioni reſiſtere poteſt. quare etiā homo faciliꝰ vincitur lx

ollicitudo ſeptima boni viri et precipue illius (qui in ſacris ordini-
bus eſt ꝯſtitutus) eſſe debet pro ſalute alioꝝ. vt ſcꝫ ſuo bono exem-
plo et exhortatione alios a peccatis trahat et ad bonam vitam ducat. et
precipue illos qui ſibi cōmiſſi ſunt. aut quibus cōuiuit. Hoc nāqꝫ ē max
me meritoriū ſil'⁊ iuſtū. Quia qui aliqn̄ prauo exēplo aut forte neglige
cia ſua aliis fuit cā damnatiōis. Jam ſtudere vtiqꝫ debet vt aliquos ra-
piat de faucibus inimici. ⁊ ad ouile criſti ꝑducat. De hoc ſic dicit Augu
ſtinus Nō tm̄ curemꝰ habere bonā ꝯſciētiā. ſed etiā bonā famā quātum
in nobis ē ꝓpter exm alioꝝ. Itꝫ Gregoriꝰ Qui in occulto bn̄ viuit. ſed
alieno ꝓfectui minime ꝓficit carbo ē. Qui x̄o in imitatōe ſanctitatis
poſitꝰ lumē rectitudinis in ſe multꝫ demōſtrat lampas ē. qr ⁊ ſibi ardet ⁊
aliis lucet. hec aūt emēdacio nō ſecure fit niſi ꝑuia orōne. ⁊ cū omni cō
paſſiōe. ⁊ in māſuetudine. Juxta illđ pſalmiſte. Corripiet me iuſtus in
miſericordia ⁊ increpabit me. Itē qm̄ ſupuenier manſuetudo ⁊ corripie-
mur. Correctio tn̄ prelatoꝝ req̇rit aliū modum nōnūq̄ꝫ ꝓpter circūſtan
as occurrētes. ſꝫ ſimplex clericꝰ aut p̄ſbr nihil dēt vltra facere q̄ꝫ apl'ꝯ di-
cit. vt ſcꝫ ꝓcedat in ſpū lenitatꝫ. ſeipm ꝯſiderādo hūiliter. ne in ſupbiam
eleuet̄ ⁊ currat. poteſt aūt ſic aut alit̄ dicere. Miror ſatis de me ipō ꝙ nō
ampliꝰ ſtudeo emēdare vitā meā. cū q̇tidie video mortē appropinqua-
re. ⁊ neſcio qn̄ reſpōſurus ſum tremēdo iudici de ſingl'is q̄ feci aut cogi-
taui. Hec et ſil'ia ſolēt ꝓuocare nōnullos ad compunctionē. Qꝫ ſi nul-
lum cōpūctionis ſignū oſtendūt. tunc ſi pie vult eos ammonere poteſt
ſic aut ſimiliter dicere Bone amice ſi velletis libenter dicerem vobis ali

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 77

qua que in corde meo diu portaui. Et tunc proponat ſibi benigne in q̊bus eſt defectuoſus. quia aliter non recipiet. ſi iracundus et indignabūdus emendator apparuerit. Verum quia ſunt quidam qui huiuſmodi preludia non poſſunt ſufferre. ſed magis rotundo modo volunt alloq̇ ſed neſcio ſi in ſpiritualibꝰ deſeruiat. ſcio ꝙ taliter ſolent loqui Ego ſum ſimplex et planus. nō poſſum me ita ſapientem habere. Sed conſideret vir ſenſatus q̄ꝫ ſint proni ad iram ſi defectus eoꝝ modo proferantur Dicunt quidam ſe libenter recepturos in formationē. et idipſum petūt ſed cum res ad effectum venerit inflammātur. iraſcunt̄. ⁊ nōnunq̄ꝫ peiores fiunt q̄ꝫ ante fuerunt. Modeſtia igitur in talibꝰ magis congrua q̄ꝫuis aliter quidā putant ꝓcedendū Veꝝ quomodocūqꝫ ꝓcedatur dū frater emendetur ſatis eſt Unde dixit quidam venerabilis pater in heremo Sicut demon non expellit demonē. ſic vir paſſionatꝰ non curat paſſionatū De hac aūt materia ſunt dicta mlt̄a ſcōꝝ patrum. qꝫ hoc vnanimiter cōcludūt. ꝙ fraterna correctio ſecure fieri non poteſt. niſi multa diſcretione ſit ſalita. ⁊ ſicut nemo leuiter ꝓrumpere debet in ꝓpriaꝫ laudem ſic nec in alioꝝ correctionē. Quia alios recte increpare ⁊ ſe digne laudare difficillimum eſt apud imperfectos

Explicit formula viuendi canonicoꝝ

Ec preſcripta formula viuendi canonicoꝝ edita eſt a quodom religioſo ordinis Carthuſienſis vtiqꝫ magne ſciētie et deuotinis viro. vt ex hoc eiꝰ pꝫ opuſculo. Et qm̄ in pleriſqꝫ tam cathedralibꝰ q̄ꝫ collegiatis eccleſijs pꝰ traditam eccleſijs a maioribꝰ noſtris ſaluberrimā canonicoꝝ ſecularium regulam ab eccleſijs receptaꝫ ⁊ ad tēpus obſeruatam. tot et tante diſſolutiones abuſiones ⁊ corruptele ſucceſſu temporis ſuccreuerūt. ꝙ ab ipſis eiuſdem regule obſeruātia fere penitus eſt ſuffocata. ꝓpter qđ modernꝰ ſeculariū canonicoꝝ ſtatus eſt animarū periculis plenꝰ. ⁊ a ſtatu gr̄e plurimū elongatus. Ideo valde conſultum eē videt̄ vnicuiqꝫ ſeculari canonico deſideranti in ea vocatione (qua vocatꝰ eſt hoc eſt in illa eccleſia in qua ꝑbendatus eſt) ꝑmanere ⁊ aīām ſuam ſaluam facere. vt ſupradictā viuendi formulā diligenter attendat. ac iuxta poſſibilitatē ſuam ad practicam ponat et obſeruet. (Eſt eñ debito ſeculariū canonicoꝝ ſtatui. ꝓut preſentis patitur qualitas tēporis) optime ꝯueniens. Porro etiam ceteri ſeculares clerici ⁊ precipue vicarij aliiqꝫ preſbiteri et in ſacris conſtituti iſtam regulam vel formulam animaduertant. Nam et ipſi in ea modum viuendi ſibi valde congruum deſcriptum habent.

Delf Impreſſum Anno domini M.CCCC.xcvi. Menſis aprilis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 77

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 77

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 77

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 77

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 77

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 77

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 77

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 77